



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonini Liberalis Transformationum congeries**

**Antoninus <Liberalis>**

**Basileae, 1568**

**VD16 A 2960**

Apollonii Historiæ Mirabiles, Xyandro interprete.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70288](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70288)

Horum non vlo te obliuio tempore tangat.  
Itala sic tellus tibi cuncta, omnisq; Latinus  
Seruiet, et pauidum mittet tua sub iuga collū.

FINIS.

APOLLONII HI  
STORIAE MIRABILES,  
*Xylandro interprete.*

I.  
Epimenides.



Pimenides Boli F. Cretensis, à patre & fratribus in agrum missus, ouis in urbem adducendæ causa, fertur, cùm eum nox obrueret, à semita deflexisse, ac dormiuisse per L VII. annos. quod cùm alij memoriæ prodiderunt, tum Theopompus in historijs, percurrens quæ singularis locis mirabilia euenerunt. Inter ea verò temporis propinquos Epimenidis, vitam cum morte commutasse: ipsum somno solutum (opinatum autem fuisse, eadem se die euigilasse, qua obdormiuisset) ouem, cuius gratia missus fuerat, quæsiuisse, quam cùm non inueniret, rus profectum, predium reperisse venditum, & instrumenta mutata, itaque in urbem abiisse, domumq; ut venierit, ibi de omnibus rebus cognouisse; in-

ter

ter quæ etiam de tempore suæ absentiæ.  
Et perhibent Creteses, vt est apud Theo-  
pompum, mortuum eum esse natum an-  
nos CL. Ferunturq; de hoc viro alia etiā  
haud pauca mirabilia.

Aristeas Proconnesius, vt historia fer-  
tur, cùm esset in fullonis cuiusdā officina  
in Proconneso mortuus: eadem die atq;  
hora à multis in Sicilia visus est, litteras  
docens. Quod cum eis sæpius euenisset,  
& per multos annos innotuisset, ac cre-  
brius in Silicia se eius imago offerret: Si-  
culi aram ipsi posuerunt, atque vt heroi  
sacrificarunt.

De Hermotimo Clazomenio huius-  
modi fabulæ narratur. Animā eius extra  
corpus euagatā, per multos annos pere-  
grinatā, varijs in locis futura prædixisse:  
vtimbris magnos, siccitates, terrēmotus,  
pestilētias, aliaq; id genus, iacēte inte-  
rim corpusculo. tū eam longo temporis  
intervallo corpus, veluti exuuiū quoddā  
intrasse, idq; excitasse. Id cū sēpenumero  
egisset, vxoriq; mādasset vt à suo discessu  
nemo neq; ciuis neq; aliis homo corpu-  
sculū attingeret: quidā domū ingressi, à  
muliere precib, impetrarunt, vt nudum  
immobilemq; humi iacētem spectarent

II.  
*Aristeas.*

III.  
*Hermotimus.*

g 5 Her-

Hermotimum, quem iij igni facto cremarunt: existimantes, anima reuersa, & quod se reciperet non inueniente, ipsum profus moriturum. quod & accidit. Cæterum Clazomenij Hermotimum in hunc usq; diem venerantur, fanumq; ei dedicarunt, in quod mulieribus ingredi non licet, ob causam expositam.

**V. Abaris.** Abaris ex Hyperboreis, ipse quoque Theologus fuit. Scripsit oracula regionibus quas peragrauit, quæ hodieq; extant, prædixit is quoq; terræmotus, pestes, & similia, ac cœlestia. Ferunt eum cum Spartam aduenisset, Lacones monuisse de sacris mala auertentibus, quibus peractis, nulla postmodò Lacedemone pestis fuerit.

**V. Pherecydes.** De Pherecyde hæc narrantur: eum in Scyro insula sitiētem aliquando, aquam à discipulorum quodam homine petiisse, quam cum bibisset, pronūciasse terræmotum post triduum ea in insula futurum. quod dictum ut exitus comprobauit, magnam eum reportasse gloriam. Rursum Samum profectum, ad Iunonis templum, vidisse nauim portui subeuntem: ac dixisse adstātibus, eam intra portum non peruenturam. ipsoq; adhuc loquen-

quente, nimbū de cœlo prēcipitem a-  
etum, nauimq; perijisse.

Subsecutus hos Pythagoras Mnēsarchi VI. Pythagoras  
F. principiō mathematib. ac numeris <sup>ras.</sup>  
animum intendit. Postea verò, Pherecy-  
dis etiam præstigijs non abstinuit. Nam  
Pontij naue adueniente mercib. onusta,  
& ijs qui aderant optantib. vt salua por-  
tum intraret propter merces, adstās ipse:  
Ergo, inquit, exiguum vobis apparebit  
corpus, hanc dicens nauim. Rursum in  
Caulonia (vt ait Aristoteles, scribens de  
eo etiam multa alia) in Etruria serpētem  
qui morsu necabat, iste mordēs interfe-  
cit. Seditionem enim orientem suis indi-  
cauit discipulis: ideoque Metapontum  
transiit, nemini visus. Et fluum qui in-  
fra Samum est transiens, vocem humana  
maiores audiuit, quæ diceret: Salve Py-  
thagora. unde summus comitib. incidit  
pauor. Visus est aliquando Crotone &  
Metaponti eadem die atq; hora. Aliquā-  
do in theatro sedēs, vt Aristoteles refert,  
surrexit, & sessoribus demonstrauit fe-  
mur suum aureum. Feruntur de eo etiam  
alia mirabilia. Nos autem nolentes trā-  
scriptorum munere fungi, hic finem fa-  
cimus.

Aristote-

- VII. Aristoteles in Naturalibus quæstionibus tradit, eos qui hordeum plantant, pallidiora habere corpora, quàm qui triticum.
- VIII. Andron in quarto libro Sacrificiorum ad Philippum scribit, in Attica nullam cornicem visam esse in arcem intrare: ut neq; in Papho muscam per fores Venetis.
- IX. Aristoteles in Naturalibus quæstionibus author est, eos qui semel tantum cibo vtuntur, morosiores esse ijs qui bis.
- X. Theopompus in Mirabilibus perhibet, iudicis Olympicis, cum multi miluij obuolarent, ac carnes diriperent, sacrificiorum carnes intactas mansisse.
- XI. Aristoteles in Barbaricis consuetudinibus narrat, in Caria scorpios nasci, qui peregrinos si feriant, non admodum lædant: indigenas autem illicò accidunt.
- XII. Apud Babylonem Euphrate traiecto, exigui dicuntur esse angues, qui peregrinos feriant, ab incolis abstineant.
- XIII. In libro de Fabulosis locorum rebus est, cum Halicarnassi sacrificium quoddam Ioui Ascræo peragitur, gregem caprarum ad fanum adductum consistere, votisq; absolutis, vnam earum nemine ducente

ducente progressam ad aram accedere,  
qua sacerdos arreptam lirer.

Phylarchus libro Historiarum octauo **xiv.**  
scribit, apud sinum Arabicum fontem  
esse aquę, qua si quis pedes inūgat, mem-  
brum virile admodum intendatur: ita ut  
quibusdam omnino nunquam remittan-  
tur, quibusdam nō nisi post magnos cru-  
ciatus & curam medicam.

Scytinus Chius Britannicam insulam **xv.**  
ambitum habere ait stadiorum CCCC.  
in ea fructus sine nucleis nasci: nám neq;  
in oliua nucleus, neq; in vua acinum re-  
periri. idēq; fieri in alijs id genus frugib.

Theophrastus in tractatu de Plantis **xvi.**  
tradit, si quis thapsiam radicem, qua me-  
dici vtuntur, cum carnibus coquat, eas  
de multis frustis in vnum ita coalescere,  
ut eximi è vase nequeat.

Ctesias scriptū reliquit, lignum apud **xvii.**  
Indos nasci, quod appelletur Parybum. **z**  
id omnia oblata ad se trahere, aurum, ar-  
gentum, cuprum, æs, & omnia alia me-  
talla: quinetiam passerculos in propin-  
quo locatos. Quod si maius incremētum  
fecerit, trahere etiam ad se capras, oves,  
& æqualia animalia.

Phylarchus libro Historiarum **XX.** ex **xviii.**

India

iii A P O L L O N I I

India memorat albam esse allatam radicem, quam contusam cum aqua pedibus illinat: uirosq; eo usos cataplasmate, rei Venereæ obliuisci, & fieri Eunuchorum similes. itaq; eo inungi impubes etiamnum, qui deinde ad finem usq; vite nunquam arrigant.

xix. Heraclides Cretensis in libro de Vrbibus Græcię, apud Pelium montem ait nasci spinam frugiferam, cuius fructum cū oleo tritum & aqua, si quis suo aut alterius inungat corpori hyeme, frigus non sentiat.

xx. Ctesias libro rerū Persicarum decimo, camelos esse ea in regione prodit, quarū pili mollicie lanas Milesias æquant: sacerdotesq; & alios proceres, veste ex ijs confectas gestare.

xxi. Obseruatū est, solūm ea animalia quæ bifidas habent vngulas, talos habere in posteriorib. pedib. & Aristoteles in Naturalibus quæstionibus causam reddit, cur non in prioribus, sed in posteriorib. Nihil enim frustra fecit natura.

xxii. Id quoq; animaduersum est vsu vitæ, nullum cornutum animal pedere: huius quoque vir eo libro idem rationem regulit.

Mirum

Mirum id quoq; est, solem nostra corpora adurere, ignem nequaquam. Et quod adamas in igne versatus, non calefit. Item, quod magnes lapis interdiu trahit: noctu aut omnino non, aut minus cerre.

Eudoxus Rhodius, circa Celticam ait **xxiv.** esse quandam nationem, quae interdiu nihil, noctu duntaxat videat.

Aristoteles in libro de Ebrietate: An- dro, inquit, Argius per omne vitæ suæ tempus sibi potuq; caruit: quanquam multis cibis & salmis & siccis vesceretur. idemque ad Ammonem profectus per aquæ expertem viam, sicca farina vescens nullum adhibuit humorē. idq; per totam vitam tenuit.

Aristoteles in libro de Vita & morte **xxvii.** scribit, testudinem corde spoliatam viueret. id autem non expressit, de terrestre! an uero aquatica loqueretur.

Idem autor in Opere de ijs quæ ad **xxviii.** animalia pertinent (duo enim sunt eius opera, unum de Animalibus, alterum de ijs quæ ad animalia pertinent) pediculos capitis tradit in longis morbis non tabescere interituris ægrotis, sed inueniri in puluinariibus, ad quæ

quę desertis capitib. ægrotorū transeant.

**xxviii.** Idem eodem in Opere, sordes tradit,  
quæ in auribus nascuntur, cùm sint alio-  
quin amaræ, morituris fieri dulces: idq;  
in multis esse obseruatum. & causam rei  
exponit in Quæstionibus naturalibus.

**xxix.** Theophrastus in tractatione de Stir-  
pibus: Si matrices, inquit, præbiberint  
aristolochiam aqua madefactam, perfun-  
dentur per multos dies.

**xxx.** Aristoxenus musicus, eos qui laborat  
quartana, liberari morbo affirmat, si hel-  
xinen herbam ante accessum febris in-  
ungant corpori, tritam cum oleo.

**xxxi.** Theophrastus de Stirpib. oues in Pó-  
to absinthio vescentes ait bile carere.

**xxxii.** Eodéq; in opere perhibet, apud Indos  
neq; cicerem nasci, neq; lentem, neq; fa-

**xxxiii.** bam. Rursus libro VII. eius Operis,  
in itinere Bactriano ait quibusdā in vi-  
cis triticum ita præclarum nasci, vt eius  
gratia nucleos olearium magnitudine æ-

**xxxiv.** quent. Idem philosophus Olympiæ  
& Zacynthi dicit \* mixtam cibo,  
efficere ut is melior videatur.

**xxxv.** Id quoq; obseruando cognitum est,  
grauidas mulieres, si adsiduò cum viris  
coēant, facile & absq; cruciatibus páre-

150

re. quod ipsum Aristoteles quoq; libro  
Historiarum vndecimo pronunciauit.

Tacus in libro de Lapidibus: Lapis, **xxxvi**  
inquit, is qui Carystius dicitur, annata si-  
bi habet lanea quædam, & colorata, ex  
qua materia nentur ac texuntur mātilia.  
Sed & fila pro lucernis inde torquētur,  
quæ dum vruntur, splendent, neq; cre-  
mantur. Porrò sordes mantiliū non a-  
qua eluuntur: sed clématis vritur, impo-  
fitoq; mātili sordes euaneſcunt, ipsumq;  
album igni purumq; redditur, ac priori-  
bus commodum vſibus. Lucernarij autē  
funes vſti cum oleo, nullo vñquam tem-  
pore comburuntur. atq; odore harum  
lucernarum depræhenduntur, qui mor-  
bo laborant caduco. Lapis iste nascitur  
sanè Carysti, vnde & nomen gerit: fre-  
quens tamen etiam in Cypro extat, quâ  
à Gerandro Solos versus iter deorsum  
ducit, ad lœuam Elmæi infra rupes. au-  
gescit circa plenilunium, rursumq; luna  
decrecente minuitur.

Aristoteles in Physicis quæſtionibus **xxxvii**  
ait, curuorum ex ore grauem exire anhe-  
litum: redditia etiam huius rei cauſa.

Eudoxus Cnidius in septimo Circui- **xxxviii**  
tionis libro ait, in Africa quandam esse  
h gentem,

## 115 APOLLONII

gentem, quæ supra Syrtes & Carthaginem, versus Orientem incolat, Gyzates appellata: hancq; exerceat artem, quod flores istis in locis colligat, melq; ea copia & qualitate ex ijs conficiat, ut apum æquet mellificium.

**XXXIX.** Aristoteles in Dissektionū selectis annotationibus, in Papho scribit serpentē cōspectum, qui duos pedes haberet perinde ac crocodilus terrestris.

**XL.** Aristoxenus musicus in vita Telestæ, quī cum in Italia vixit, vno eodemq; tempore duos contigisse casus refert. Vnus mulierib. accidit, prorsus inusitatus. tātē enim apud eas extiterunt mentis abalinationes, vt aliquando sedentes ac cœnantes, vocantem aliquem se exaudire opinatæ, proripuerint se, neq; teneri potuerint, atq; extra urbem procurrerint. Locris porrò & Reginis oraculum hac de re consulentibus, respondisse deum finem mali futurum, si die duodecima pæanas deo canerent uernos LX. itaque inde in Italia multos extitisse pæanum scriptores.

**XLI.** Theophrastus libro de Plantis octauo tradit, scorpió herbulam, (alij thelyphonum, hoc est feminas necans, nominant) scorpijs

Scorpijs impositam, statim eos interfice-  
re. Animaduersum est, vlcera vterū fe-  
rentium, è liene laborantium, virorū &  
mulierum, si varices habent, difficulter  
cicatrice obduci.

Theophrastus de Stirpib. scribit, iuxta XLII.  
Solos Ciliciæ vrbē, ad annem Pinarum,  
vbi Alexander cum Dario pugnauit, ma-  
la punica nasci sine oſſibus, quorum gra-  
na per omne æuum vinum referant.

Aristoteles de Animalibus autor est, XLIII.  
apem amissō centro mori, & ab alijs ex-  
tra alueare exportari.

Obſeruādo cōpertū est, eos qui coro- XLIV.  
nas ex florib. nectunt, florib. & coronis  
leucoij ſiue albę violę per noctē adhibe-  
re ardētes lucernas, vt in lucem vſq; viri-  
des permaneant, neque marcescant.

Theophrastus libro Causarum natu- XLV.  
ralium quinto, putamina fabarum dicit  
radicibus arborum appofita, fructus ſic-  
care. Sed & gallinas domesticas, ſi crea-  
brō ea edant, ſteriles fieri. Hanc ob cau-  
ſam, & fortassis etiam alias, Pythagorei  
fabæ vſu interdixerunt. Flatus enim gi-  
gnit, concoctu diſſicilis eſt, & turbulentia  
iſſomnia creat.

Tubera crebris tonitrib. duriora fieri, XLVI.

h 2 Theo-

Theophrastus in Stirpiū historia prodit.

**XLVII.** Idemq; eodem in Opere scribit, libano-  
tidem herbam vestibus appositam, pro-  
hibere ne tineæ in ijs fiant. Hæc digna  
sunt animaduersione.

**XLVIII.** Idem in libro de Diuinis furoribus  
scribit, Musicā multis animi corporisq;  
affectionibus mederi: vt animi defectū,  
metui, diuturnis mentis alienationibus.  
Sanat, inquit, fistulæ cantus etiam ischia-  
dem, & morbum comitiale: quemad-  
modum is qui ad Aristoxenum musicū  
venit, oraculo iussus Pasiphilæ Damoti  
fororis \*. Fertur enim etiam musi-  
cus Thebis, qui mente exciderat, voce  
tubæ audita ad se rediisse. audiens enim,  
in tantum exclamauit, vt turpiter se da-  
ret. Quòd sicubi quis classicum tuba ce-  
cinit, multo eū deterius pugnare. Hūc  
igitur fistulæ opera paulatim adduxit,  
atq; (vt ita dicam) sensim adducendo eō  
adegit, vt etiam tubæ vocem sustineret.  
Sanat fistulæ cantus etiam corporis par-  
tes, quæ in dolore aliquo sunt. adhiben-  
dus est autem corpori minimum inter-  
diu, & statim prima die dolor remitteret  
aliquantum. Hoc remedij genus cùm a-  
libi vſitarum est, tum maximè Thebis,  
etiam

etiam in hoc usque tempus.

Theophrastus in ultimo de Stirpib. libro : Eunomus, inquit, Chius pharmacopola , cum aliquot veratri potiones hausisset, non est purgatus. Et quadam die re cum idem artificium exercentibus composita, sedens in foro, ad XXII potiones ebibit: neque tamen à suis vasis surrexit. tum verò abijt lotum atque cœnatum, ut ad solebat: neq; vomuit. Hoc ille faciebat, longa consuetudine ita paratus, cum ab exiguis ad tātum esset potionum numerum progressus. Omnibus autem medicamentis minor est apud hos, qui ijs assueuerunt, efficacitas: apud quosdam nihil prorsus possunt. Res hæc notatu digna est.

Aristoteles in Naturalibus quæstionibus affirmat, hominem sumto cibo ac potu idem pondus seruare, quod ei fuit iejuno. conaturq; eius rei causam reddere.

APOLLONII HISTO-  
RIARVM MIRABILIVM  
finis.

h 3 ANTI-